Maximilianus ꝛc.

Illustris pro Nobilibus, Generalis, doctis, nobis et Imperio dilectis, fidelibus Philippo Baronj in Winnenberg, et Beijlstain, nostri Caesarij, et Aulici Consilij Praesidente, et Hermanno Comite in Henuenar, et Märs, item Joanne Hegenmüller legum Doctore utroq. nostro Consiliario. Qui omnes simul uel seorsim singuli haec quae sequuntur ad Reuerendum D. D. Fridericum Archiepiscopum Coloniensem nuper Electum Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarium, et Electorem nobis dilectum: et ad Venerabiles nobis dilectos, deuotos H. Decanum, et Capitulum Cathedralis Ecclesiae ibidem loco nostri et nostro nomine debent referre, et apud eos exequi.

Primum confestim ad memorabilem nobis dilectum, nuper Electum Archiepiscopum, et Electorem ubi is fuerit proficiscentur, et ad eundem postquam nostras credentiales litteras obtulerint, ita pro more à nobis nunciauerint salutem, omnem nostrum Studium, beneuolentiam, et propensam uoluntatem deferentes, alterius significabunt.

Caritatem suam optime memoria tenere, quibus causis ijrgs graeuibus iam antea permotj, Nuncios ad ipsam destinastemus: Quantum etiam apud nos momentum semper habuerit, et nunc etiam causam confirmationis suae, quantoq. Studio pro nostra summa erga ipsam beneuolentia, et animo paterno in ea sit laboratum.

Hunc igitur quamuis nihil unquam nobis gratius fuisset, nec fieri adhuc, hoc tempore, quam posset nos in eo ipso negotio de quo apud S. S. diligentissime est actum, hoc efficere ut ab illa fidei suae professione quam eadem S. S. exigit, liberaretur; tamen suam Caritatem minime latere eandem professionem etiam à Reuerendiss. D. D. Jacobo Electo Archiepiscopo Treuerensi Electori ꝛc. nobis dilecto, nuper dum de sua confirmatione ageret, nullo instante Pontefice, et ultro ipse factam, et transmissam: Vnde posse sine Reum Coloniensem ipsum per se facile pro sua prudentia colligere, hoc negocium urgere vehementius conaremur, quod nam iudicium de nobis, aut existimationem habituri essent ij qui aliqui sibi persuaderent, nos in hoc proprio quodam iudicio, et affectu ductos magis, quam voluisse insinuare professionem hanc etiam alijs Archiepiscopis fore contrariam.

Publicio comitio 25 Augusti die 14 Jan. anno 1565. Bonn.